

XVIII. 4. g.) pro lucidissimo coeli globo aut lucida nube, externo praesentiae Dei Symbolo *Pf. CIV. 2. Conf. Exod. III. 2. c. XIX. 18. c. XXIV. 17. c. XL. 38. b)* pro matutino tempore, diluculo, sive prima luce *Jud. XIX. 26. Nehem. VIII. 3. i)* pro claritate & splendore externo praesentiae Christi, vel Angelorum symbolo *Act. IX. 3. c. XXII. 6. c. XXVI. 13.* partim METAPHORICE a) de DEO, qui Pater luminum *Jac. I. 17. b)* de Filio DEI *Pf. XXXVI. 10. c.)* de doctrina verbi caelestis, *Jes. V. 20. d)* de cognitione DEI salutari *Jes. II. 5. Pf. LXXXIX. 16. e)* de regno gratiae & gloriae *Col. I. 12. f)* de familia, liberis & posteris *Job. XVIII. 5. 6. g)* de aperto & manifesto rerum statu *Pf. CXXXIX. 11. Hos. VI. 5. b)* de libertate *Mich. VII. 9. i)* de tempore, officio Christi ad Evangelii praedicationem & miraculorum effectum a Patre destinato *Job. XI. 19.* vel denique k) de credentibus sive renatis ex Dei gratia per fidem in Christum justificatis, qui dicuntur *Eph. V. 8. Φῶς ἐν κυρίῳ.* Jam si quaeratur, quo sensu h. l. dicantur discipuli Christi lux mundi, beneficio Concordantiarum jam teneo, non eo gradu hoc Axioma attribui Apostolis, quo Christus dicitur vera illa lux, illuminans omnem hominem, venientem in hunc mundum, *Job. I. 49.* hoc enim sensu ipse Johannes Baptista, major omnibus natis ex mulieribus negatur esse lux. *Job. I. 8.* sed quia sunt lucernae ardentes & lucentes *Job. V. 35. ardentes* quidem charitatis fervore, increpatione,